



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Conradi Oligenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus
Imperialibus**

Corradini, Pietro Marcellino

Friburgi Brisgoiae, 1707

XXV. Principibus non suffragatur consuetudo sine privilegio Apostolico.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63022)

32 *De primariis Precibus Imperialibus*
ab Apostolica Sede indultum habuisse ;
& idcirco de jure id sibi licere asseruisse :
quod posset facile probari ex provisioni-
bus factis ab Ordinariis , quarum nulla
reperitur , & nulla à Goldasto , qui an-
tiquiora diplomata diligenter refert , ad-
ducitur ; cum tamen si Imperatores om-
nes successores Rudolphi , & Wences-
lai Preces primarias expedivissent , &
Episcopi paruissent , innumera prorsus
essent exempla , & eorum magna copia
haberetur.

XXV. Porro statutum est in jure sine privi-
legio Apostolico laicis Principibus non
suffragari consuetudinem , aut præscri-
ptionem etiam immemorabilem , ad ef-
fectum acquirendi jus eligendi , vel no-
minandi ad Beneficia Ecclesiastica ; ex hac
enim consuetudine induci ad summum
potest simplex conniventia , seu patientia
Papæ , quæ nusquam inducit dispensa-
tionem in his , quibus Oecumenica Con-
cilia , & sacri Canones notabiliter adver-
santur , ut cavetur in cap. *Cum jamdu-
dum* , ubi glos. verb. *Per patientiam* , de
Præbend. Ut enim Summi Pontifices
auferant hujusmodi abusus , coguntur
semper , non sine periculo populorum ,
censuris uti , ideoque frequenter dissimu-
lant , quanquam damnent facta Princi-
pum

Principibus
non suffraga-
tur consuetu-
do sine privi-
legio Aposto-
lico.

pum sæcularium Ordini Ecclesiastico injuriosa : quamobrem communis Canonistarum est opinio ex hac conniventia, & patientia nullum prorsus quæri jus Principibus, & Regibus, neque ullam prætendi posse justam excusationem eorundem, neque sic electos, vel provisos de Præbendis, Ecclesiæ fructus suos facere, & gravis peccati notam incurrere, siue consuetudo sit centenaria, siue immemorabilis, ut notant Canonistæ in cap. 2. de Præbend. in 6., ubi præ cæteris Joannes Andr. ex num. 5. ad fin., Ancharan. sub num. 1. vers. *Quinto quarit*, Gemin. sub num. 12. vers. *Nec obstat si dicatur*, & ibi latissime Joannes Monach. num. 5., & fusius Prob. ex num. 5. ad 11. Præpos. in can. *Imperium*, vers. *Sed an præscriptione*, cum seq. distinct. 10., ubi graviter invehit tam in Principes nominantes, & eligentes, quam in collatarios. Card. Zabarella conf. 57. vers. *Et si dicatur*, & num. 3., Surd. conf. 301. num. 59., Silv. de benef. par. 2. quæst. 23. sub num. 16. vers. *Et isto casu non habet locum*, & plene Loth. de benefic. lib. 1. quæst. 6. num. 39. & sequentibus, ubi num. 47. & seq. probat primarias Preces Imperiales sine Papæ indulto, quo Prælati Ecclesiastici recipiant

34 *De primariis Precibus Imperialibus*
Precistam mandato Papæ, nullius pror-
sus esse momenti, cum Imperator non
conferat, aut conferre valeat, neque
Ordinarii recipere queant Precistas in-
tuitu Precum Imperialium, & sic po-
testatis sæcularis imperio; sed tantum-
modo vigore mandati Papæ id jus Impe-
ratori concedentis.

XXVI. Sed placeat pro hujuscemodi consue-
tudinibus, seu potius notabilis abusus dilu-
cidatione, tempora, & circumstantias
ponderare. Preces Imperiales nituntur
consuetudini, & exemplo prædecessorum;
videamus itaque quid prædecessores Im-
peratores fecerint, & in quibus circum-
stantiis hæc consuetudo invecata sit. Jam
diximus hunc abusum irrepsisse ea ætate,
qua Imperatores contra fas manus inje-
cerant in Ecclesias, & Ecclesiasticos titu-
los; in qua occupatione, ut sese tueren-
tur, Ecclesiasticos Germaniæ sollicitave-
rant contra potestatem Romanorum Pon-
tificum, & contra reservationes, & Regu-
las Cancellariæ, quibus ii quosdam Bene-
ficiorum species sibi reservaverant, nec-
non contra expectativas, mandata de pro-
videndo, reservationes mentales, & simi-
lia, quorum usus tunc in Curia Romana
invaluerat. Ita putabant Cæsares diviso
Germano Clero, & alienatis animis Epis-

IIVXX
ad illud
etiam
etiam